Graecorum, tum Aristodemi et Philocratis aliorumque
pacem factam dicit. diluuntur alterum a signis
et causis probabilibus, nunquam enim se reprehensum
ab ipso inimico, ab ipso Aeschine et eo quod
tamen fecimus tam perniciosum reip. molitur
ut caeteros videlicet graecos pace excluderet.
id itaque signo esse quod nihil tale usque habemus
praeterea nullos usquam legatos missos. hos itaque
fuisse expectandos. hoc modo diluuntur haec
duo crimina de pace facta. quam orator culpa
Graecorum factam ait. est itaque propositio huius loci
Ego me fuisse autorem pacis nego mea culpa
factam pacem. cuius ergo culpa? graecorum inquit. nam gra-
ci .n. cum nos bello gravissimo premeremini neque pecunia
neque copiis nos adiuverunt. vel altera huius prioris
confirmatio, et ita? maximae .n. inquit dissensio-
nes tum erant, memorat nonnullas inter graecos
inter Thebanos, et Phocenses (inquit) internos ipsos
et Thebanos inter eos Peloponnesios, quam inquit dis-
sensionem Ph. inflammabat corrumpendis proditoribus.
Sic erat naturalis ordo sententiarum, quae sunt in
refutatione prioris criminis, at Orator quod minus in

Diluit secundum

Nulli legati missi

Ordo sententiarum naturalis

Maior naturae ordinem sententiarum mutat